# SV. MIKULÁŠE, BISKUPA A VYZNAVAČE

3. třída – barva bílá

## (1) Introitus – vstupní antifona *Sir 45, 30*

STATUIT ei Dóminus testaméntum pacis, et príncipem fecit eum: ut sit illi sacerdótii dígnitas in ætérnum. Ps. 131, 1 Meménto, Dómine, David: et omnis mansuetúdinis eius. ℣. Glória Patri.

Pán s ním uzavřel úmluvu pokoje a učinil ho knížetem, aby jeho kněžská důstojnost trvala navěky. Žalm 131, 1 Pamatuj, Pana, na Davida a na všechnu jeho mírnost. ℣. Sláva Otci.

## (2) Oratio – vstupní modlitba

Deus, qui beátum Nicoláum Pontíficem innúmeris decorásti miráculis: tríbue, quǽsumus; ut eius méritis et précibus a gehénnæ incéndiis liberémur. Per Dóminum.

Bože, ty jsi ozdobil svatého Mikuláše nesčetnými zázraky, učiň, prosíme, abychm pro jeho zásluhy a na jeho přímluvy byli uchráněni pekelného ohně. Skrze našeho Pána Ježíše Krista.

Druhá modlitba je z předchozí adventní neděle.

## (3) Lectio – čtení *Žid 13, 7-17*

Léctio Epístolæ beáti Pauli Apóstoli ad Hebrǽos. Fratres: Mementóte præpositórum vestrórum, qui vobis locúti sunt verbum Dei: quorum intuéntes éxitum conversatiónis, imitámini fidem. Iesus Christus heri et hódie: ipse et in sǽcula. Doctrínis váriis et peregrínis nolíte abdúci. Optimum est enim grátia stabilíre cor, non escis, quæ non profuérunt ambulántibus in eis. Habémus altáre, de quo édere non habent potestátem, qui tabernáculo desérviunt. Quorum enim animálium infértur sanguis pro peccáto in Sancta

Čtení listu sv. apoštola Pavla židům. Bratři, pamatujte na své představené, kteří vám hlásali Boží slovo. Uvažte, jak oni skončili život, a napodobujte jejich víru. Ježíš Kristus je stejný včera i dnes i navěky. Nenechte se svést všelijakými cizími naukami. Je dobré spoléhat se na milost a ne na předpisy o pokrmech. Kdo jde jen za tím, nic nezíská. Máme oltář, z něhož právo jíst nemají ti, kdo slouží stán-

per pontíficem, horum córpora cremántur extra castra. Propter quod et Iesus, ut sanctificáret per suum sánguinem pópulum, extra portam passus est. Exeámus ígitur ad eum extra castra, impropérium eius portántes. Non enim habémus hic manéntem civitátem, sed futúram inquírimus. Per ipsum ergo offerámus hóstiam laudis semper Deo, id est fructum labiórum confiténtium nómini eius. Beneficéntiæ autem et communiónis nolíte oblivísci: tálibus enim hóstiis promerétur Deus. Obœdíte præpósitis vestris et subiacéte eis. Ipsi enim pervígilant, quasi ratiónem pro animábus vestris redditúri.

ku. Zabitá zvířata, jejichž krev přináší velekněz do svatyně jako smírnou oběť za hříchy, musela být spálena mimo tábor. Tak i Ježíš podstoupil utrpení za bránou, aby vlastní krví posvětil lid. Vyjděme tedy k němu mimo tábor a snášejme urážky jako on! Vždyť tady nemáme město k trvalému pobytu; to budoucí město hledáme. Skrze něho tedy podávejme Bohu stále oběť chvály, to je ovoce rtů, které chválí jeho jméno. Nezapomínejte na dobročinnost a mějte pochopení pro druhé: to jsou oběti, jaké se Bohu líbí. Své představené poslouchejte a podřizujte se jim! Oni bdí nad vaší duší a jednou za ni budou odpovídat.

## (4) Graduale *Žalm 88, 21-23*

Invéni David servum meum, óleo sancto meo unxi eum: manus enim mea auxiliábitur ei, et brácchium meum confortábit eum. ℣. Nihil profíciet inimícus in eo, et fílius iniquitátis non nocébit ei.

Nalezl jsem Davida, svého služebníka, pomazal jsem ho svým svatým olejem; má ruka mu bude pomáhat a má paže jej posílí. ℣. Nepřítel si na něm nic nazíská a syn nepravosti mu neuškodí.

Allelúia, allelúia. ℣. Ps. 91, 13 Iustus ut palma florébit: sicut cedrus Líbani multiplicábitur. Allelúia.

Aleluja, aleluja. ℣. Žalm 91, 13 Spravedlivý pokvete jako palma; vzroste jako libanonský cedr. Aleluja.

## (5) Evangelium *Mt 25, 14-23*

Sequéntia sancti Evangélii secúndum Matthǽum. In illo témpore: Dixit Iesus discípulis suis parábolam hanc: Homo

Pokračování sv. Evangelia podle Matouše. Za onoho času řekl Ježís svým učedním

péregre proficíscens, vocávit servos suos, et trádidit illis bona sua. Et uni dedit quinque talénta, álii autem duo, álii vero unum, unicúique secúndum própriam virtútem, et proféctus est statim. Abiit autem, qui quinque talénta accéperat, et operátus est in eis, et lucrátus est ália quinque. Simíliter et, qui duo accéperat, lucrátus est ália duo. Qui autem unum accéperat, ábiens fodit in terram, et abscóndit pecúniam dómini sui. Post multum vero témporis venit dóminus servórum illórum, et pósuit rationem cum eis. Et accédens qui quinque talénta accéperat, óbtulit ália quinque talénta, dicens: Dómine, quinque talénta tradidísti mihi, ecce, ália quinque superlucrátus sum. Ait illi dóminus eius: Euge, serve bone et fidélis, quia super pauca fuísti fidélis, super multa te constítuam: intra in gáudium dómini tui. Accéssit autem et qui duo talénta accéperat, et ait: Dómine, duo talénta tradidísti mihi, ecce, ália duo lucrátus sum. Ait illi dóminus eius: Euge, serve bone et fidélis, quia super pauca fuísti fidélis, super multa te constítuam: intra in gáudium dómini tui.

toto podobenství: Jeden člověk, který se chystal na cesty, zavolal si služebníky a svěřil jim svůj majetek. Jednomu dal pět hřiven, druhému dvě a třetímu jednu, každému podle jeho schopností, a odcestoval. Ten, který dostal pět hřiven, hned šel, podnikavě jich využil a vyzískal pět dalších. Stejně i ten, který dostal dvě, vyzískal dvě další. Ale ten, který dostal jednu, šel, vykopal v zemi jámu a peníze svého pána ukryl. Po delší době se pán těch služebníků vrátil a dal se s nimi do účtování. Přistoupil ten, který dostal pět hřiven, přinesl s sebou pět dalších a řekl: 'Pane, pět hřiven jsi mi svěřil, hle – dalších pět jsem vydělal.' Pán mu řekl: 'Správně, služebníku dobrý a věrný. Málo jsi spravoval věrně, mnoho ti svěřím. Pojď se radovat se svým pánem.' Přistoupil i ten, který dostal dvě hřivny, a řekl: 'Pane, dvě hřivny jsi mi svěřil, hle – další dvě jsem vydělal.' Pán mu řekl: 'Správně, služebníku dobrý a věrný. Málo jsi spravoval věrně, mnoho ti svěřím. Pojď se radovat se svým pánem.'

## (6) Offertorium – antifona k obětování *Žalm 88, 25*

Véritas mea et misericórdia mea cum ipso: et in nómine meo exaltábitur cornu eius.

Má pravda a mé milosrdenství je sním a v mém jmenu bude vyvýšena jeho moc.

## (7) Secreta – tichá modlitba

*Sanctífica, quǽsumus, Dómine Deus, hæc múnera, quæ in solemnitáte sancti Antístitis tui Nicolái offérimus: ut per ea vita nostra inter advérsa et próspera ubíque dirigátur. Per Dóminum.*

*Posvěť, prosíme, Pane Bože, tyto dary, které obětujeme ve svátek tvého svatého biskupa Mikuláše, aby v neštěstí i štěstí byl všude náš život skrze ně veden. Skrze našeho Pána Ježíše Krista.*

Druhá modlitba je z předchozí adventní neděle.

## (9) Communio – antifona k přijímání *Žalm 88, 36-38*

Semel iurávi in sancto meo: Semen eius in ætérnum manébit: et sedes eius sicut sol in conspéctu meo, et sicut luna perfécta in ætérnum, et testis in cælo fidélis.

Jedinkrát jsem zapřísahal svému svatému: Jeho potomstvo zůstane navěky a jeho trůn bude před mojí tváří jako jako slunce a jako měsíc v úplňku na věky a věrný svědek v nebi.

## (10) Postcommunio – modlitba po prijímání

Sacrifícia, quæ súmpsimus, Dómine, pro solemnitáte sancti Pontíficis tui Nicolái, sempitérna nos protectióne consérvent. Per Dóminum.

Oběti, které jsme, Pane, přijali k svátku tvého svatého biskupa Mikuláše, ať nás uchovají ustavičnou ochranou. Skrze našeho Pána Ježíše Krista.

Druhá modlitba je z předchozí adventní neděle.

Podle tradice, když bylo sv. Mikuláši 19 let, byl svým strýcem, biskupem v Myře, vysvěcen na kněze a ustanoven opatem kláštera poblíž svého rodného města. Po smrti rodičů rozdal sv. Mikuláš celé své dědictví chudým tak, že dary schovával do punčoch a okny prostrkával do domů. Když jeho strýc zemřel, vykonal pouť do Svaté země. Po svém návratu byl zvolen biskupem v Myře. Jako jeden z biskupů se v r. 325 účastnil 1. Niceského koncilu. Početné legendy vypravují o jeho zázracích a skutcích milosrdenství, díky kterým je znám dosud. Sv. Mikuláš zemřel v r. 350 ve městě Patara a jeho ostatky jsou uloženy v jihoitalském Bari.

